



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Illvstrivm Societatis Iesv. siue in Anni dies
digestæ Mortes Illvstres Eorum qui ex eadem Soc. Iesu, in
odium fidei, pietatis, &c. ... confecti sunt**

Nádasi, János

Romæ, 1657

P. Ioannes Leleszi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44029

Fides .

butus, magno ardore operã suam patriæ præstitit, concionibus & catechismis, per ipsos 25. annos, quibus nobiscum versatus est magnâ opinione virtutis; modestiæ potissimum, obedientiæ, pietatis. Tum in ea quam Dai-fuus in Iaponia contra Catholicos concitavit tempestate, ipse quoque in exiliũ deportatus, in Philippinas delatus est. ibi Manilæ diem clausit extremum, paulò post quàm ærumnosâ multifariã nauigatione istuc fuisset appulsus.

P. Ioannes Leleszi .

*Hungar^o.
Laureti.
26. Febr.
1594.
ætat. 50.*

Annæ Lauretanæ illum *virum ad omnia summa natum* vocant, multâ doctrinâ, egregijsque animi dotibus illustrem. Post Rhetoricam, & Philosophiam in Bauaria do-

doctam, Sigismundo Batori
Principis Transylvaniae filio
datus est institutor. Pro fide
Orthodoxa istic tanta fecit,
vt stomachum mouerit hæ-
reticis, atque inuidiam. Qua-
re hæreticæ cuiusdam Ieza-
belis, fæminæ primariæ, ope-
râ, inter cœnam venenum il-
li porrectum est; cuius vim
remediorum efficacitas in-
fregit, non sustulit. Inde
nerui contracti, & apoplecti-
cus quidam rigor in mem-
bris. Desiderabat Laureti,
in sinu Virginis, extremam
animam exhalare, lautâ a-
mantissimi Principis benefi-
centiâ illum Viennam, Pata-
uium, Lauretum vsque pro-
secutâ, & perseueranter ac
splendidè suppeditante im-
pensas liberales ad omnem
vitæ sic afflictæ vsum per an-

Fides.

B. V.

*Fides.**Paupertas.*

nos aliquot, vsque ad mortem. Insignis erat in Ioanne vis. experrecti ingenij, & vigor ac efficacitas ad dicendum. Claudiopoli magnum Catholicorū numerum reliquit; vbi nō plures quàm sex repererat. Integerrimæ paupertatis curâ, etiam in tantâ illâ Principis. benefici liberalitate, quâ in aula. quâ in Collegijs luculenter ac religiosè ostendit se esse quatuor vota professum, & paupertatis adstringendæ studiosum. Ad hæc, benevolentissimæ beneficentię, charitatisque artibus, & perpetuâ cum Deo consuetudine, insignitè præstans fuit, atque amabilis; donec in gremio Matris. amabilis conquieuit Laureti; cum è Transyluania fuisset ab A catholicis

re-

relegatus, Principe Sigmūdo nequicquam inuito. Deipara illi fuit dulce: exilij leuamentum; & causa fides.

P. Rogerius Filzocus.

In Belgio Duaci, Vallisoleri in Hispania Seminario-
rum Anglicanorum alumnus fuit. In Anglia post susceptos egregios pro religione Catholica labores nomen Societati dedit: inquam vt primū adscriptus est; ab hæreticis captus, in tormentis vltro se de Societate IESV esse dixit: & Londini ad gloriosum suspendium damnatus, inclytâ Heroum fidei morte occubuit.

P. Ioannes Grossus.

Vir patientiâ, & charitate conspicuus. Septem ac viginti annis vixit in Anglia inter mortis vmbra-
m atque

*Anglus .
Londini
22. vel
27. Febr.
1601.*

Fides .

*Anglus .
Lincolnię .
27. Febr.
1645.
Soc 35.*